NICOLAUS DE LYRA
Österreich (Salzburg), 1457 Seite 162r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26859
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dicatur etiam ex eis quia de genti
litate comisus sicut ipsi et factus
discipulus pauli sic titus et plu
res alii Cetera patent usque ibi Et
pro hiis qui sunt loadicie et qui ye
rapoli quibus predicauerat sic et co
losensibus Salutat uos lucas me
dicus Fuit enim medicus corporalis
et spiritualis karissimus scilicet paulo quia fuit
comes sue peregrinacionis usque ad
eius martirium ut dicit Ieronimus in pro
logo super lucam et antiocenam nacione
Salutate fratres. Hic consequenter
salutat loadicenses per ministerium
colosensis dicens Salutate fratres
qui sunt loadicie generaliter et
nimpham specialiter qui predica
toribus ministrabat sumptus
de suis facultatibus et que in do
mo eius est ecclesiam .i. eius fa
miliam xpianam et cum lecta
fuit apud uos epistola ista
quam mitto uobis facite ut
in loadicensium ecclesia legatur etc
ut doctrina mea uobis com
municata eis proficiat ad salu
tem et econuerso epistola tamen lo
adicensium apud nos non habetur
Et dicite archippo qui receperat
ministerium super ecclesiam colosen
sium videte diligenter attenden
do ministerium quod accepistis
in domino .i. in diuinis rebus
ut illud impleatis ad honorem
diuinum et salutem animarum
Salutacio mea manu pauli
hoc scripsit paulus manu propria
ad certificandum quod epistola esset

ab eo missa eo quod pseudo apostoli ali
quando scribebant sub nomine
verorum apostolorum ad ma
gis decipiendum ut dictum fuit
supra prima Ad Corinthios ultimo
capitulo Memores estote vin
culorum meorum michi com
paciendo eciam in hoc si necesse
fuerit me imitando Consequenter
subdit quod sit sua salutacio dicens
Gracia domini ihesu uobiscum
supple sit que supplet omnem
defectum Amen.

Explicit postilla ma
gistri nicolai de lira su
per epistolam ad Co
losenses Sequitur con
sequenter super primam
epistolam ad thessalo
nicenses.